

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Apostoli p
cum fonte primo

Misit Christus apostolos quasi sol radios suos,
quasi rosa suauitates sui odoris,
quasi ignis scintillas suas dispersit,
ut sicut sol in radiis apparet,
sicut rosa in odoribus suis sentitur,
sicut ignis in scintillis suis aspicitur,
sic in illorum uirtutibus Christi potencia agnoscatur.

De hoc dicit Chrysostomus super Matheum:
'Misit Christus apostolos quasi sol radios suos,
quasi rosa suauitatis sue odorem,
quasi ignis scintillas suas dispersit
et sicut sol in radiis suis apparet,
sicut rosa in odoribus suis sentitur,
sicut ignis in scintillis suis aspicitur,
sic in illorum uirtutibus Christi potentia cognoscatur'.
'

Iacobus de Voragine, *Legenda aurea*, 158
(G.P. Maggioni ed., p.1106).

Quis enim uidens discipulos bene instructos
non scienciam magistri collaudet?
Faciebat enim mirabilia Christus;
faciebant et discipuli eius
et inter mirabilem operaciones
maior fama uirtutum crescebat.

Crisostomus super Mattheum.

[fons nondum repertus]